



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

Nvm. 1. Conuentus Baeticae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

§. 6. *Divisio Hispaniæ secundum Plinium, in 14. Conuentus.*NVM. 1. *Conuentus in Batica.*

GADITANVS. Continebat partem territorij Hispalensis, & Gades Insulam. } Gadira caput Conuentus: ibi & Carteia Græcis Tartessos dicta.

HISPALENSIS. Complectebatur maximam partem territorij Hispalensis. } Caput Conuētus Hispalis Colonia cognomine Romulēsis. Hic quoque Ilipa cognomine Italica.

ASTIGITANVS. Extendebatur ad partem territorij Hispalensis, & preterea ex Regno Granatensi Episcopatum Malacensem decerpebat. } Caput Astygi cognomine Augusta Firma Colonia, vbi quoque Munda prælio in filios Pompeij clara.

CORDVBENSIS. Cōtinebat territorium Cordubense, & totum regnum Granatense, præter Episcopatum Malacensem. } Caput Corduba cognomine Patricia. Vbi quoque Murgis Baticæ finis.

NVM. 2. *Conuentus in Lusitania.*

PACENSIS. Continebat Portugalliam partem scilicet Antra Teio - Guadiana, & Algarbiam. } Caput pax Iulia Beia, vbi & Ossunoba, & Eboræ seu Ebura dicta Cerealis.

SCALABITANVS. Complectebatur Beiriam, Extremaduram Portugalliam, & magnam partem Tramontanæ. } Scalabis caput Conuentus Santaren. Hic quoque Olyssippo Lisbonæ.

EMERITENSIS. Cōtinebat partem Regni Legionensis cis Durium, & Extremaduram Castellæ totam. } Augusta Emerita caput Conuentus Meride, celebrata suo cocco, & oliuis.

NVM. 3. *Conuentus in Tarraconensi.*

LVCENSIS. Galiciam totam continebat. } Caput Lucus Augusti. In hoc Conuentu censebantur liberorum capitum 166000. vel ut alij codices 175000.